errore eiciectis quia una tantum
in Christo operatione dogmatizare presu
munt, procul a christianis finibus expellendi.
Quis enim non videat hoc quod super tur
bam misereretur dominus ne vel media ne
vel via longioris deficiat labore
esse affectum et compassione humane
fragilitatis; quod vero de septem panibus
et de duobus piscibus quattuor milia ho
milia hominum saturavit, divine
opus esse virtutis. Mystice autem hoc
miraculo designatur quod viam se
culi presentis aliter incolomes tran
sire nequimus nisi nos gratia redemp
toris nostri alimento suo ubere reficiat.
In hoc vero typice videtur hanc refectio
nem ab illam quinque panum ac duorum
piscium distare, quod ibi littera veteris
instrumenti spiritualis gratie plena esse
signata est; hic autem novi veritas
ac gratia testamenti fidelibus mini
stranda monstrata est. M ane
utraque refectio in monte celebra
ta est, ut aliorum evangelistarum narratio
declarat, quia utriusque scriptura te
stamenti recte intellecta altitudi
nem nobis celestium preceptorum man
dat et premiorum. Utraque altitudinem
Christi qui est mons domus domini in verti
ce montium consona voce predicat.
Qui edificatam super se civitatem si
ve domum domini id est ecclesiam in alta
bonorum operum extollit et cunc
tis manifestatam gentibus exhibet.